

3
cum summo dolore sensu legimus: Et quancumque sodalium
nostrum aere ducelli simimus, tamen voluntati-
nostram gerendum et tempore inseriendum nobis esse
intelligimus. Ac speramus fore ut post tuum redi-
tum, (quem propediem speramus et vocis gemitibus
exoptamus), in eadem mensa bene coniungamur, et
tuo gratissimo conspectu ac colloquio rursus fruamur.
Interque tibi Clarissime Dominus praecipue et meo et
omnium coniunctorum nomine immortales gratias ago, quod
et hospitium ac victum tam corporibus quam animis con-
venientissimum, hactenus humaniter nobis praebisti, et
tuam erga nos benivolentiam perpetuam fore tuis literis
ad nos scriptis promisisti. Pollicor etiam dantes nos
operam ne vicissim vel ingrati fuisse vel hospitij
iura vlla in te violasse videamur. DEVM
autem aeternum patrem domini nostri Iesu Christi cum
tota Ecclesia nostra oramus, ut propter nominis sui
gloriam et Christianae Republicae salutem se ab
omnibus periculis clementer custodiat, et scholas nostras
salvum ac incolumem bene respiciat. Bene vale
humanissime D. praecipue et mea studia meo patro-
cinio fore. D. Magistro Caspa: Penaro et M. Bar-
tolomeo salutem rursus opto, tibi quoque et epistola
consolatoria ad me missa, quam lacrymis made-
factam perpenni metu in sum gesto, omnia mea officia